

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 05 : De Pallade

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[36\] : De Pallade](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 05 : De Pallade](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 06 : De Pallas](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 05 : De Pallas](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 05 : De Pallade, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/839>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 93v°-97v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Pallas \(Athéna\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae.

Et frustra muto nictur ore loqui.

Fitque grauis, geminosque parit, qui compita seruant,
Et vigilant noctis semper in æde Lares,

Hanc Laram, siue ut alii dixerunt, Larundam, nonnulli Maniam etiam appellavunt; cui una cum Laribus Compitalia ex oraculo responso sacra fiebant; atque pueri apud Romanos pro familiarum salute immolabantur. Nam credita est Mania si qua pericula familiis imminent, ea depellere eum tuiles expista. Sequentibus postea temporibus apud eosdem Romanos alliorum papauerumque capitibus pro pueris immutato ritu sacrificatum fuit. Credebantur ab antiquis hi demones curam habere compitorum & ciuitatum, ut patuit e superioribus carminibus Ouidii. Erant his demonibus caues præterea, veluti etiam Diana, dicati, quia communes familiarum cultiodes putabantur: quibus etiam focus erat consecratus, existimabanturque tanquam Penates domorum curam habere, quos etiam esse Penates quidam crediderunt, quare effectum ut Laris nomine focus & uniuersam domum vocauerint. Alii agrorum cultiodes esse Lares censuerunt, ut ait Tibullus in primo lib. Elegiarum;

Vos quoque felicis quandam, nunc pauperis homi
Cultodes, fertis munera vestris Lares.

20 Et quoniam Penates esse Lares putabantur, quæcunque de Penatibus dicta sunt, Laribus etiam conuenire sunt putanda. Nunc autem de Pallade verba faciamus.

De Pallade.

Cap. V.

Xistimo sane nos rem minimè absurdam esse facturos, si post eorum Deorum explicationem, qui natos infantes excipere putabantur, Deos illos exposuerimus, qui pueros eruditendos iis artibus excipiebatur, ad quas Genius ipse credebatur impellere; illis interim fabulosis ac ridiculis Diis Deibusque prætermisis, qui variis temporibus à vanis superstitionibus fuerint introducti, ut Edulia, Potica, Cuba hue Cunina, & reliquo Diis huiuscmodi autoritatis. Et quoniam Pallas sapientia perfecta putabatur, quæ rebus omnibus magis humanæ viræ est necessaria, eaque non inutilia Dea formandis credita est adolescentum ingenii, de hac primum verba faciamus. Scriptum reliquit Paulanias in Atticis Mineruam Neptuni & Tritonidæ Africæ paludis filiam fuisse, quæ Gygis temporibus floruit, de qua sic Herodotus in Melpomene, vix illa etiam quæ merito dicitur et ipsa, xxi. 16. *γερανίτης θεός*. Mineruam inquit Neptuni fuisse filiam & Tritonidæ paludis; cui fabulæ faciunt fidem quoddam per eius natalem diem virgines certare inter se ludicris solebant apud eam paludem, natalem Mineruz celebrantes. Est enim & Pallaz. Fuerunt tamen qui: è Iouis cerebro armatam Mineruam natam fuisse memoriz prodiderint, ut scripsit Apollonius lib. 4. Argonaut. in his;

ἔργον αὐτῶν τούτου, αἵτινες
καὶ δέ τις πατέρες καφάδες οἴηται αὐτοφάγοισι
Αἰγαῖοις τρίτους οἱ δεξιοὶ χωρίαισιντο;
Egregiæ Libyæ Heroïnæ, Pallada quandam,
Cum patris ē capite exiliit clarissima, parvam
Lauerunt Tritonis aquæ, fordesque putillæ.

Atqui

Atqui primus omnium Steschorus Mineruam à Ioue capite natam fuisse dicit; quem Secutus est Apollonius: & acerrimus detisor humanae dementiae Lucianus in dialogis Deorum Iouem parturientem introducit, & Vulcanū cū acutissimis & peccualibus securi, ut sibi caput dividat, quod erat sibi pro causis: nam ex illo in duas partes divisio armatam virginem erupisse inquit: neque Ioui, ut ceteris parturientibus, Lucina, aut obstetricum mulieculatum turba astabat, cum nata sit Minerua sine matre. Illud autem idcirco configisse memorant, quia Iupiter, cum lunonem sterilem esse videret, gratia iterque ferret orbitatem, cerebrum sibi percussit, ut aliquem filium procrearet, unde nata est Pallas. At Homerus lib. 4. Iliad. non à Tritonide palude, sed ab oppido Brontis Alacomenio Alacomeniā nominauit, quod apud se natam fuisse Mineruam dicerent Alacomenii, ut ait Strabo lib. 9. qui postea lib. 14. scriptum reliquit in insula Rhodiotorum aurum plus illuc cum Minerua ē capite Iouis nata est. Apollodorus inquit lib. primo Bibliothece Persicę, & Africę, & Palladem fuisse Crii & Eurybates filios. Qui tamen videunt lib. tertio diversas Mineruam & Palladem credidisse, cum ita scribat: φοῖς γεννήσας τις δύο τοῦ πατρὸς τρίγυρης ἐγένετο παλλάς. οὐ γέραις δὲ κακοῖς τούτη παλλάς, οὐ σθεναῖς τούτη προπάτορος. Fama est natam Mineruam apud Tritonem educatam fuisse, cui filia erat Pallas: atque ambas cum rebus bellicis exercerent, in contentione venisse: verum cum Pallas Mineruam esset vulneratura, Iouem veritum illi aegidem obiecisse. Tum territa Pallas respexit ad aegidem, quo tempore à Minerua vulnerata obiit: quod aegre ferebatur Minerua eius eligiem effinxit, thoracique ac pectori illius aegide, quam timuerat, injunxit: quod Palladiū postea sequentibus temporibus fuit ad Troianos de latu. Nā ut ait Apollodorus Pallas Tritonis filia fuit, at Minerua alia. Alii dicunt, inter quos Athenodorus fait Byzantius, Thessalem in varias formas vestram denique compressam à Ioue fuisse: quæ cum esset grauida, audient Iupiter fore ut ex ea nasceretur, qui cœli imperio potiretur, illam absotuit; quare ipse granidus factus apud amnem Tritonem peperit. At vero ridiculum videtur, quod modo ē Ioue, modo ē Tritonide palude, modo ē Cranao, ut sensit Zezes, nata sit. Verū illud accidit, quia plures fuerūt Mineruæ, de quibus ita Cicero in tertio de Natura Deorum; Minerua prima, quam Apollinis matrē supra diximus. Secunda orta Nilo, quam Aegyptii Saïg colunt. Terra illa, quam Ioue generatam supra diximus. Quarta Ioue nata est Coriphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt. Quinta Pallantis: quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem: cui pinnarum talaria affingunt. Atqui hanc Mineruam omnium facinora ad unam Iouis filiam tertiam referuntur, sicuti de Ioue & reliquis Diis dictum fuit. Ferunt natam Mineruam à Dardale nutrice educatam fuisse, muliere sanè ingeniosa, & ad omnia præcitra opera prompta, quæ illam in teneris annis omnibus artibus ingenuis erudit, ut scriptum reliquit Posidonius in lib. de Diis & Heroibus. Callimachus in hymno in lauacra Palladis, non solum eandem Palladem & Mineruam esse censuit, verū etiam ostendit quidquid Mineruæ collibuerit, idē Iouis nutu compendari, in his;

τις φοριστατιστικός, τις ἵππας φ. ἴππος.

Παλλὰς, ἵππον βούς τις λυστήρας

Ἀρχαὶ ἀλιδάς πατρικές αὐτα τοιστα.

A 2 3 Annuit

Mythologiæ.

Annuit his dictis Pallas, quodque annuit illa

Percitatur. Nam Iupiter hoc tribuit

Ipse Mineru*x* vni, quæ sunt patris omnia ferre.

Sic etiam Herodotus in Melpomene cum Mineruam Neptuni & Tritonidis paludis filiam nominasset, eandem Iouis filiam ascititiam rursus vocauit, ut est in his; Atque illam quadam de causa succensuisse patri, sequitur ipsam Ioui tradidisse; Iouemque suam ipsius ascensuisse filiam, quare ita inquit Homerus;

10

Διὸς δούλη τε γένεται Τριτονία.

Iouis filia gloria Tritonia.

Neque Homerus, aut reliqui poetæ illam Tritoniam appellarunt, quia sit è palude genita; quod quidem foret ridiculum, sed quia vel à Tritone educata sit, vel quia apud zonem eius nominis sit nata cum ibi primum apparuerit, ubi circa Tritonidis oram gentes Machlyes & Ausæ habita se dicebantur; quorum virgines in turmas dicoſa, se iniucem per Mineru*x* solennia sustibus & lapidibus cedebant. Harum si qua acceptis vulneribus obiisset, illam dicebant non fuisse virginem, quæ vero constantissima omnium fuisse, pluraque ac maiora vulnera pertulisset, illa cum Greco armorum apparatu, cistaque Corinthia in curru circa paludem cum magno suarum virginum applausu & latitia circunferebatur, domumque quam lxtissima deducebatur, ut scripsit Herodotus in Melpomene. Alii Itonii potius filiam fuisse crediderunt, & in Deorum numerum relatam, quia bellicosissima extiterit, ut in his ait Isacius; οὐδὲν ἀπόκριτον τάχινον, εἰδὼν τὸν πόλεμον τοῦτον, οὐδὲν τούτῳ συμφένει, οὐδὲν παρδοῦνε τούτῳ τούτῳ διάνθη. οὐδὲν τούτῳ διάσιται προβλῆσσι, οὐδὲ τῷ πόλεμῳ τούτῳ τούτῳ προσέφεσται. Vel Pallantem patrem suum alatum sibi vim inferre, ac virginitatem rapere conantem obtruncari; cuius

30

pellem in eisdem composuerit, alasque sibi talatribus adiunxerit, ut ait in his idem Isacius; οὐδὲν λύτρον αὐτῷ λαζαρίνην πάστον φέρεται τούτῳ τούτῳ αἴλιον, οὐδὲν παρδοῦνε τούτῳ τούτῳ διάνθη. οὐδὲν τούτῳ διάσιται προβλῆσσι, οὐδὲ τῷ πόλεμῳ τούτῳ τούτῳ προσέφεσται. Vel Pallantem patrem suum alatum, ipsamque violentem, ut volentem cum illa concombere, quæ virginitatem plurimi faciens ipsum cecidit; eiusque pellem ut eisdem gestabat, atque alas suis pedibus accommodavit. Alii Palladem nominatam fuisse maluerunt, quia cum aduersus Gigantes pro Iove pugnasset, ut ait Callimachus. In lauacra Palladis,

40

τούτῳ τούτῳ αἴλιον, οὐδὲν παρδοῦνε.

Non armis quando permulta cedunt cruentis

Venit ab iniustis horrida terrigenis.

Pallantem Gigantem iaculo interfecerit, ut ait idem Isacius. Alii vocaram fuisse Palladem putarunt, a iaculis mittereis, cum bellicosa sit Dex. alii quia cor palpitanus Dionysius ad Iouem detulerit. Nam Dionysium Iouis & Proterpinus filius frustatim à Titanibus fuit disceptus, cuius cor attulit ad Iouem Mineru*x*, ut traditum est in fabulis. Huic Dex cum armata dicatur è capite Iouis cum armis exiliisse, mox arma & currum tribuerunt, ut testatur Horatius

Ratus in primo carminum;

Iam galeam Pallas & xgida,
Curruq; & rabiem parat.

Callimachus iam tum illi currum fuisse, cum pugnauit aduersus gigantes
ait, & equos multo sanguine, multaq; cede conspersos; quia pugnabant anti-
qui e falcatis curribus. Hi igitur e qui fuerunt a Pallade e bello redeunte in
vndis Oceani Loti, ut est in his;

A'LLA' θεον εράτην οφ' έρατην μέγιστα τόνον
Αυταισιν πολλά τραύματα.

Sed prius illa ingis tumantia soluit equorum
Colla, Iuana alti fluctibus Oceani.

Mirificum fuisse huiusc Dei clypeum, miroq; artificio extructum inquit;
cuius formam ita describit Virgil. lib. o. trauo;

Aegidaq; horridam turbat e Palladis arma,
Certarim, squamis serpentum, auroq; polibant.
Connexosq; angues, ipsamque in pectore Diu
Gorgona defecto vertentem lumina collo.

Nam ubi illud scutum concuteret, mirificum terrorem illis incutiebat, qui-
bus cupiebat: aut in bellum accendebat. Dicitus est is clypeus ideo Aegis,
quod ita vocaretur ante scutum Iouis, quia e pelle capre factu fuerat; nam 20
postea obtinuit consuetudo, ut omnium Deorum scuta Aegides vocarentur,
quippe cum Herculis scutum Aegidem etiam vocauerit Hesiodus in descri-
ptione ipsius scuti. Fuerunt qui dixerint Palladem fuisse bellum inuentricem,
quod testatur Cice. in 3. de Natura Deorum hoc pacto; Liberum alterum pa-
tre Celo, qui genuisse Mineruam dicitur, quam principem & inuentricem
belli ferunt: quam etiam Virg. lib. t 1. praesidem bellum nominauit;

Armipotens, bellum praes Tritonia virgo.

Nam & Arion Methymnus omnibus mortalibus prior Orchis carmina in
Palladem composuit & cantauit, quorum is erat rhythmus, ut co animi ho-
minum mirum in modum ad bellum inflammarentur, quibus postea modu- 30
lis vsi sunt in calbris Methymni. Hec Dea semper virgo fuisse creditur, ut
Diana, & Veila, quas omnes Home, in hymno in Venerem commemorauit.
Acita de Mineru officio, virginitate & inuentis;

Αγρανίδη το διώστα στρατίο φίνει, ούτ' ανατρέπει.
καὶ ποτὲ αγράχης Δίας φλαμνέσθε ἀπέντε.
εὐ ποτὲ νόστοι τρέψει φλαυχρόνεια πρότερος.
Α'λλ' ἄρετι πλανίτιοι ἀπέντε, καὶ πρέπει ἄπετε.
ζερπάτη, πόχατη, καὶ δάκαρη πρέπει ἄπετε.
Πρότεν ταύτην τοῦτον οὐρανούν τιθεται.
Ποτέται τούτη, τούτη οὐρανούν ταύτη.

Ἄλιτει πρόσθιας οὐρανού τοῦτον τούτη.
Λαζανίδη τούτη, τούτη φρεστή τούτη.
Sed tribus aut potuit suadere, aut fallere mentes,
Et Ioue prognate, cui lumina glauca, Mineru.
Aurea non illi Veneris sunt munera cordi.
Prælia sed placuere, feri sed munera Martis:
Sed cedet, sed bella, sed & certamina, pugna.
Prima viros docuit currus; orbisq; rotarum

10

30

40

Suppo

Mythologiae.

Supposuisse: ligent quas partes robora ferri.
Virginibusq; eadem monstrauit prima, domi quæ
Munera conueniant, animisq; impressa notauit.

Hec prima ædificandi viam inuenisse dicitur, ut testatur Lucianus in Her-
mōtimo; quippe iudicet, spiculā dñmārū qm̄ mēndūm qm̄ ē pāctū lōvū, sūmū mīgū, qm̄ vī-
pīrū mēndūm qm̄ tērū aētēdēm, rē dñmās dī sīlīs ī cīrīs. Inquit enim fabula
Palladē, neptunum ac Vulcanum de artificio contendisse: atque Neptu-
num taurum fabricasse, Palladē ex cogitasse domum. eiusdem inuentū est
colus, ut ait Theocrit. Aeglog. 34. & Virg. lib. 7.

10 non illa colo, calathisue Mineruæ
Femineas affuetā manus.

Hec eadem acu pingere, telum texere, omne lanifictum, leges, clasicasq;
ad inuenit, quorum inuentorum mentionem fecit Ovidius lib. 6. Mutationū,
& ita lib. 3. Pallorū;

Pallade placata lanam molire pueræ
Dilecant: & plena exonerare colos.

Illa etiam flantes radio percurrere telas
Erudit: & rarum peccine densat opus.

Hanc cole, qui maculas ieiſis de vestibus ausers.

Hanc cole velleribus quisquis zetha parat.

Nec quisquam inuita faciet bene vincula plantæ
Pallade; sic Tycho doctior ille licet.

Inuenit etiam oliuam, ut ait Virgil. lib. 1. Georg. oleumque Mineruæ inuen-
trix, nam ut testatur Herodotus in Terpichore, quibusdam reponib; apud
neminem, nisi apud Athenienses oliuam inueniebat. Atque cum Epidau-
rii ex oraculo Apollinis Delphici statutus erigere Damiz & Auxiliz luber-
tentur, percutunti sunt arcas de an lapideas erigent. Cum respondisset
Pythia ex oliuam domestica, ad Athenienses consugerunt.

30 Idaeaque ab aliis olio annua sacrificia inuenit, ut apud Epidaurum, et Athenas. Rogarunt igitur Athe-
nienses Epidaurii, ut sibi oliuam credere perirent, cum maxime sacras
illias attribuerentur. Ferunt enim quod per id tempus nullibi, nisi apud Athe-
nienses, erant oliuæ, quare etiam annua sacrificia mittere Athenas pro cœsis
oliuam Epidauri pepigerunt. Cum vero oliuæ fructus ad omnes artes sit acco-
modatus, oleum scilicet, omnes denique artes Mineruæ inuenisse creditur.
Fama est adeo virginitatis fuisse studiosam Mineruam, ut cum forte se lauaret
in fonte Heliconidis Hippocrenes conspediat fuisse à Tiresia, illum ex cum
fecerit; quoniam per iniquum sibi videbatur, quod mortalis aliquis gloria-
ti posset, se nudam lauantemque Mineruam vidisse. Verum tam et Chariclo

40 Tiresias mater ab eadem postea impetravit, ut pro lumine corporis, mentis
splendorem & artem diuinandi ab ipsa Miherua Tiresias obtineret, ut pa-
ter ex hymno Callimachi in lauacra palladis. Quare illud non satis conide-
rate dictum est à poetis, quod Paris nudam Palladem cum reliquo Deabus
indicat. Nec defuerunt qui illam propè violaram fuisse inquit à Vulca-
no, cum ad illum accessit petens, ut sibi arma fabricaret, ut scribit Apollo-
dorus libro tertio. Nam Vulcanum absente Venere consuprandæ Mineruæ
cupido incessit, quæ cum reludiaretur, neque virum vlo medo pati velleret,
fester Vulcanus semen in eius semin denique effundisse, quod ab ea lana de-
cessum

tersum & in terram deiectum fuit, è quo natus est Erichthonius, qui & contentionis & terre nomen cōtinet, qui l'andrafi Cecropis filiabus in cista seruandas traditus fuit: quæ postea in furorem actæ, quia contra Deum mandatum cistam aperuissent, se ex aree summa præcipitarunt. Vel ut aliis magis placuit, i serpente in cista cum Erichthonio latente fuerunt interemptæ. Neque pretermittenda esse illa sane hoc loco censuerim, quæ mirifica de vi Palladii ab antiquis scriptoribus memorix prodita fuerunt; appellata sunt Palladia, ut dicere solebat Pherecydes, omnes imagines, quæ manibus non essent factæ, & omnes quæ forent ē celo in terram deiectæ, cuiusmodi fuisset dicitur illud Mineruæ celeberrimum Palladium. Id enim fuisset trium cubitorum fertur, & ē celo in Pessinuntē Phrygiæ ciuitatem, quæ ab eo casu nomen obtinuit, vt Dio purpuit & Diodorus, delapsum. Quanquam non defuerunt historici qui ab alio casu circa Ganymedem raptum ita vocatum fuisset crediderint. Iohannes Antiocheus Palladium illud non quidem de celo cecidisse scribit, sed ab Asio quodam philosopho, ad cuius gratiam vocata sit Asia mundi pars, ac Mathematico per optimum horoscopum fabrefactū; ita ut illa ciuitas esset inexpugnabilis, in qua illud Palladium inuiolatū seruaretur: quod etiam largitus est Troianis. At Apollodorus scriptum reliquit libro tertio, quod vbi illi Ilium condidit discolorēm bouem iecutus, Deos precatus est, vt aliquod sibi signum appareret, atque tunc decidit Palladium triū cubitorū, quod sponte ambulare videbatur dextra hastam tenens, at sinistra manu colum & fusum. Huic Ilio postea responsū fuit ab oraculo tam dia ciuitatem Troiz incolumem futuram, quamdiu inuiolatum illud Palladium in urbe seruaretur. Fuerunt etamen nonnulli, qui non semper virginem fuisset Mineruam crediderint, quippe cum Pausanias in Atticis Hygiā Mineruæ & Aesculapii filiam fuisset scribat. Atque Minerua ipsa Hygia sive Salubris cognomento fuit appellata. Sic & Laphria & Mamestra apud Athenienses, ut meminit Lycophron in his;

sunt Augias

Illi pampas statimq[ue] q[ue]l.

atq[ue] Laphria

10

20

30

Domus māmerse exulta flammis horridis.
Vocata est fortasse Laphria, quoniam spolia, quæ de capiuis hostibus repotantur, Laphyræ dicuntur. & rursus Pylyctis, quoniam pingebatur ab antiquis in portis ciuitatum, quam etiam in priuatarum domorum foribus collocabant, tanquam Martem in suburbanis. Hanc nominauit Budiam & Athyiam Lycophron, quia arantes & nauigantes protegere & seruare putabatur. Dicta est & Ironia à ciuitate Euxotiz, vt ait Apollonii enarrator. Fuit eadem Ismenia & Accæ apud Thebanos, vel ut potarunt alii Alalcomenia & Cadmea culta est & Tritoria, & Telchinia, & Polias, & Machinatrix, Pronæa, Zosteria, Panadzin, Halez, Urgana, Cydonia, Coria, Hippolætis, Panis, Tithrone, Sospita, Ergare, Ophthalmitis, Alca, Axiopeza, Narcea, Cissira, Promachorma, Saltis, Poliuchus, Chalcicucus, Equestris, Apaturia Cyparissia, Egnatrix, Ambulæ, Hospitalis, Perspicax, Peonia, Sciria, Stenias, atq[ue] multa denique fuerunt illi variis de causis iniuncta cognomina. Celebrabantur Lampadophoria in huius honorem Deæ, vt alibi dicemus, cui vacca immolar consuevit ab antiquis, vt testatur Ouid, lib. 4 Metamorph.

Dñs tribus ille focos totidem de cespite ponit:

Lxuum

Mythologiae.

Leuum Mercurio, dextrum tibi bellica virgo,
Ata Iouia media est. mactatur vacca Mineruæ.

Alipedi vitulus, taurus tibi summe Deorum.

Atque tot de iis, quæ fabulosè dicta fuerunt de Minerua, dicta sufficiant. Nunc reliquum est, ut quid per hæc fabulosa significare uoluerint antiqui, perquiramus. Quid aliud significa: Palladæ fuisse Neptuni & Tritonis paludis filiam, quam sapientiam ex illis perturbationibus nasci, quæ homines in vita & in mari præcipue experientur? aut quis nesciat vitam nostram multis calamitatibus assidue, quasi Neptuni tempestatibus, exagitari? nam

10 qui maris est ignarus, vt ego quidem censeo, malorū est ignarus. Ex importunitate igitur vite perturbationibus, & è ceno tenebrarum mentis & inscitie nascitur sapientia: quæ quoniam res eis diuina & Dei munus, dicitur à non nullis merito Minerua ē Iouis capite fuisse nata, quando memorix & sapientie sedes est caput, in quo diuinum est & incredibile Dei & naturæ opificium. Nata est armata, quod nunquam inermis est animus sapientis ad eventus fortunæ vel cōsilio, vel patientia superandos. Hæc nata esse dicitur sine matre, quia perrata est in foeminis sapientia. Vocata fuit Tritonia, ut sensit Calliphenes, quia tertio die luna nata fuerit, cuiusce rei facit argumentum, quia apud Athenienses is dies consecratus est Palladi. Ab hoc magnopere dissen-

20 tiunt, qui trito caput dici apud gentes Ponticas existimarent, cum craniū in tres partes dividatur. alii lunam ita dici crediderunt, quia tertio die a coniunctione apparere soleat, quamvis eodem die aliquando nonnullis causis cumulatis & vetus & noua prodeat. Nec defuerunt qui animam esse arbitrantur, quæ sic vocetur, cuius tres sunt vires ratiocinandi, enpiendiique, & q̄ ira conciteret. Alii aera esse maluerunt, qui tribus temporibus maxime immutatur & generatur, vere, aestate, hyeme; cum annus fuerit in hæc tria cœpora diuisus. Hanc marem & foeminam esse inquit Orpheus in hymnis;

A pro. 11. cap. 3. ad. 1. quæ . foemina, masque eadem ea. quoniam sapientis est & cedere temporis, & vti opportunitatibus. Praclarè sanè fictum est ab antiquis Iouem suæ vires vni Mineruæ impertiuisse, quia Deus maxime amat sapientem virum; neque illa esse potest sapientia, quæ à Deo dissideat, quæ eadem causa est, cur fuerit à Iove pro filia ascita. Demonstrauit hæc preterea in bello giganteo omnem vim humanam, quæ aduersus Deum insurgeat; omnem temeritatem, omnemque arrogantiam esse vanam, cum nonnullos ex iis nullo propè negotio trucidarit. Sed quoniam in bebis gerendis præcipue necessaria est sapientia, hæc bellis præfecta est, cui scutum perlucidum, & multis anguisib⁹ circuonectum eribuitur. At enim quæ natura est anguium & acutissime cernant, vnde etiam nomen à Græcis obtinuerunt.

30 Nam nisi vigilancia & prudentia rebus vel longe prospiciendis Imperatores castrorum decorauerit quis non videat sepius hostium insidias aut impetus repentinus à castris arceri non posse? quibus omnibus periculis castrorū & ciuitatum prospicit rerum omnium moderatrix & Deo amica sapientia. Eius scutum quod præferret, clarissimum & crystallinum esset, quoniam sapientis veritatem, & omnem vitæ rationem omnibus conspicuā esse, maximum est aduersus fortunæ iniurias propugnaculum, & in aduersis rebus consolatio. Huic Deus noctuum sacram auctem esse voluerunt, quia ubiq; videat sapientia, & illa etiam diiudicer, quæ exteris obscura videantur. Datur illi crista & galea; quia non solis vitibus vti conueniat, sed etiam vibran-

nitate & moderatione quadam in rebus omnibus cum ornamento. Cuspis vero tribuitur propter necessarium acumen ingenii: Nam qui etraso ingenio est ab ipsa natura praeditus, hunc vel decem Minerum expolire nūquā poterunt. Insidebat cassidi hujuscē Deū gallus galinaceus, ut ait Paul. in prōbris Elias, quia pugnat id animal, vel potius, ut ego arbitror, quia pugna sit futurorum temporum illa auis & vigilansissima. Hęc amica Musarum & temp̄ virgo existimata est, quoniā voluptates omnes grauissime sunt sapientiæ aduersariæ, ac Venus precipue, quæ memoriam, bonitatemq; ingenii maxime debilitat. Neque aduersus hanc insurgere qui quam audet, cum faciem horrendam Gorgonis gestaret in pectore, quæ viperas habebat pro capillis, quoniā maxime formidabilis est sceleratis hominibus vir sapiens, & vigilans, & moderatus, & in rebus agendis prouidus. Hanc vnam ex omnibus: Diū proximum Ioui locum tenet puzarunt poëtæ, quare ita scribit Horatius;

Proximos illi tamen occupauit

Pallas honores.

Est enim vir sapiens Deo similius tum ob rerum humanarum contemptum, quas longo intervallo sub se relinquit, tum etiam ob potentiam, & in negotiis transligendis felicitatem. Tanta est enim ipsius sapientiæ præstantia & splendor, ut Pallas arces propè vniuersas excogitasse dicatur. Hęc oleam in ueniale etiam dicitur, quoniā discipulus & præstantes omnes artifices oleo & lucubrationibus egeant. Tiroliam idcirco cypcam fecisse dicitur, quod ipsam nudam videtur, quia qui dulcissimum sapientiæ fructum gustauerit, aut lumen eius perceperit, ad res ceteras cœcus labens efficitur: vel, ut alii maluerint, quia cum diuinam sapientiam inspicimus, nos ex eo esse & nihil scire omnino cognoscimus. At si pollea diuinæ ope adiuuante res inspiciamus, tunc quod demptum fuerat corpori, mentis oculorum, & animi ineradicabile acumen recuperamus, resque futuras sapienter prædicimus. Neque videntur rem altius considerasse, qui Paridem nudas inquit has Deas iudicasse Venerem, Junonem Palladiem: quia si diuinæ sapientiæ suavitatem semel percepisset, eamque pruō diligentius fuisset intuitus, omnes voluptates omnemque humanae potentiam pedibus conculceret. Nam illas indutas iudeauit, cum non bene cognouisset, & donis potius, quam conscientia commotus. Credita est portis ciuitatum, priuatarumque domorum præfecta, ut ait Aeschylus in Eumenidibus;

Claues domorum sola Diū ex omnibus Seruo.

Quia sa plentia omnibus & ciuitatibus, & priuatis domibus moderatur; cum illa sola ciuitas, vel domus, diu incolumis esse possit, quæ Minerum legibus obtemperat, modeſtiaz scilicet, & parimoniaz, & temperanzæ; cum Martis opus sit pernoctare extra ciuitatem, vibesque ab hostib⁹ defendere. Nam domi leges, & consilium in rebus deliberandis, fortis industria & robore opus est, non segniter in quæ deliberata sunt cito peragend⁹. Erit igitur tandem ciuitas incolumis & impugnabilis ab hostib⁹, quando in uiolatum in ea Palladium seruabitur. Quid hoc significabat Diū boni? non adeo stupidi sunt homines, ut nesciant neque sapientiam, neque ligneam, neque æream statuam per hęc recte significari. Non credendum est statuarios esse in celo, ē quorum officiis, ut primum absolutæ sunt statuæ, ad nos aufugiant? quid hoc est

B b monstri

Dreyfus
Archives
Université de Montréal

Mythologiae.

monstris Dii boni. Quis non intelligat mirificam quandam sapientiam sub
haec fabula occultari? Nam civitas illa, in qua religio, ac Deorum metus par-
vus, in qua sapientia debet inter rebus publicis administrandis, in qua iustitia
nulla sit, in qua non viri boni, sed opulentii & gratiosi summoz rerum pre-
cipientur, diutius consilere non potest. At ubi sapienter omnia gubernantur,
neque vilis impune sit iniuria, tunc insuolatum persistit Palladium, neq; vila
vis eis humanas, quæ civitatem illam vel possit vel cupiat exire. Quod si
Paris vel ter alienas per iniuriam non attigisset, vel si Priamus male ablatas
redidisset, & eandem rationem securi fuissent posse, nunc etiam staret am-
10 plissimum Troianorum Imperium. Dicitur Palladium e cœlo delapsum, quia
res divinae sit sapientia, & quod initium sapientiae est timor domini Dei no-
stræ. Hæc necessaria est terram colentibus, hæc nauigantibus, hæc artes exercen-
tibus, cum omnia sapientia parent; quod ex Mineru cognomina signi-
ficarunt. Non defuerunt tamen, qui Minervam esse crediderunt vim Solis,
quæ mentibus humanis sapientiam infundat, cui multos angues tribuerunt
ob flexum solis cursum in hignistro circulo. Splendorem clypei clarissimam
solis natura puerunt. Gorgonia caput in pectore gestabat, quia nemo con-
20 tra solis claritatem aciem oculorum intendere impune potest. Hæc nata est
è Iouis capite, è summa scilicet ætheris parte, quæ purissima est, patetque
sibi vires Iupiter impertivit, quoniam post Deum ipsum omnium agensium
in res humanas vis solis potentissima est, quæ facit ut aliae res intereant, aliæ
orientur, semperque novetur præsentium rerum vicissitudo. Atque de Pal-
lade satis, nunc de Prometheus dicamus.

De Prometheus.

Cap. V L

A Tqui Prometheus omnes consentiunt Iapeti fuisse filium, sed de ma-
tre magna est controversia, siquidem, ut alii placuit, Asix Nymphæ fi-
lius fuit, alii ex Alope, alii ex Themide natum esse poterunt. Hesiodus
30 in Theogonia Clymenes & Iapeti filium fuisse scribit in his;

τοῦ ποσεῖται τοῦ μακάριον οὐλέων
τούτης αἰδούσης, καὶ δύο Αἴγοι τοῦ βασιλεύοντος.
αἴδην ἀθαντα κρατερόπερα γίνεται πάσης.
τοῦτος λαμπερότερος μίκταιρος εἶναι σφραγίδα
πολλῶν αἰδούσης, διαπτυχεῖται τοιούτης.
Iapetus Clymeneo duxit dehinc Oceaninen
Perpulchram, simul hisque thorum prelestre ingalem.
Moës Asiauta parit prudentem, deinde Meneti
Te genuit, pariterque Prometheus callida cui ment.
Hinc Epimetheus exotitur, quem fallere promptum est.
40 Fuit autem Iapetus unus e Titanibus, qui aduersus Iouem arma sumpscerunt,
de quo ita Virg. in primo Georg.

tum partu terra nefando

Cenomique, Iapetumque crevit, fruimque Typhæ.
Quæcumque cum herbas, quæcumque colligebat Medea, recenseret Apollonius, & inter
illas quendam, cuius vires prior obseruarat Prometheus, vel ut alii malve-
xerint, rem fabulosè explicantes, ex ipso Prometheus natam nominaret, illam
Titanidem vocavit ita in lib. tertio;

post-